

ANNO MCLVIII

ANDREÆ HUNGARIÆ REGIS

CONSTITUTIONES ECCLESIASTICÆ

(MANSI, *Concil. XIX*, col. 631.)

I. Ut quicunque Ungarus, seu peregrinus in Hungaria deposito Scythico gentili et ethnico ritu; ad veram Jesu Christi fidem illico non rediret, ac sacram legem a divo rege Stephano traditam non reciperet, capite et bonis multaretur. Civitates, oppida, villæ, templa demolita dirutaque residerentur.

II. Pontifices, et collegia sacerdotum pristino more observarentur, et iHis parerent.

III. Ritus omnes Christiani revocarentur.

IV. Profanas et Scythicas cærimonias falsosque deos abrogarent, et simulacra demolirentur.

V. Si quis Deo, sanctisque ejus, et sacerdotibus malediceret, aut in eos mali quid' patraret, Dei prius, tum vindictam suam incursum se sciret.

VI. Quicunque sacriss addictum, aut etiam profanum hominem occidisset, peccatum more veteri expiareret; omnes denum a cædibus, latrociniis, ac carceris injuriis, et vi abstinerent.

VII. Qui vero constitutionem hanc contemneret, et ei animo reluctaretur, expositis et omnium rerum reus essem, edixit.

ANNO MXXXIX

BRACILAI DUCIS BOHEMIÆ

LEGES

Pro morum reformatione ad tumulum S. Adalberti latæ (1)

(MANSI, *Concil. XIX*, 589.)

v Extendite, fratres, simul vestras ad Deum dextræ, et ad meos attendite sermones, quos volo ut vestre fidei sacramento confirmetis, hoc meum maximum et primum sit decretum, ut vestra conubia, quæ hactenus habuistis ut lulanaria, amodo juxta canonum scita sint legitima, sint privata, sint insolubilia, ut una vir conjugé, conjux uno viro contenti vivant. Si autem conjux virum, aut vir conjugem spreverit, et rixa inter eos usque ad dissidium effuberet, qui ex his in priorem copulam redire noluerit, nolo ut, secundum nostræ terræ ritum, in servitudinem redigatur, sed per hujus decreti angariam redigatur in Hungariam, qualiscunq; sit persona, nec liceat ut pretio se redimat, aut in

B hanc terram redeat, ne contagio unius oviculae totum serpat per ovile. » Severus episcopus dixit: « Qui cunque aliter fecerit, anathema sit. Eadem sententia sint plectrandæ virgines, et viduae, et adulteræ, quæ nomen bonum amisisse, ac per scorbutum concepisse noscuntur. » Tunc dux subjungens ait: « Si vero mulier proclamaverit pari vice non amari, sed inclementer a viro affligi, detur inter eos iudicium Dei, et qui inventus fuerit reus, poenas solvat. Similiter de his qui homicidiis infamantur, archipresbyter comiti illius civitatis nomina eorum ascribat, et comes eos conveniat, et si sunt rebelles, in carcерem redigat, donec aut pœnitentiam dignam agant, aut si negant, ignito ferro, sive adjurata

C episcopus, per quietem noctis a S. Adalberto ad innotitus, mane sequentis dici pro concione principem et populum admonuit, siquidem vellent sibi habere civem Adalbertum, morum reformationem spondere. Quare Bracilio suo et populi nomine hac decreta tulit, et pro concione promulgavit.

(1) Bracilio, Bohemiae dux, occupata armis Gnesna, Polonorum metropoli, nihil habuit antiquius quam ut pretiosum ex ea spolium, lipsana scilicet S. Adalberti martyris, referret. Sed sacrum tumulum reserare tentantes Bohemi, subito stupore obriguere: quod intelligens Severus, Pragæ